



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Cap. II. De Attributis Theologiæ moralis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

CAPUT II.
DE ATTRIBUTIS THEOLOGIAE
MORALIS.

I. Etiam hinc Attributa more Scholasticorum laudat accipimus pro omni Prædicato, quod quocunque modo ad Essentiam saltem juxta nostrum Modum concipiendi supereminere concipitur.

II. Primum ergo Attributum est, quod sit *Supernaturalis* Habitus, hoc enim Prædicatum omnino ei concedendum esse, ut ab Ethica distinguatur, quæ ad eisdem Actus morales dirigendos ordinatur, jam Suprà dictum est.

III. Secundum Attributum est, quod sit vera *Scientia*, cum verè conclusiones plurimas certas & evidentes habeat, quales sunt v.g. Conscientiam erroneam non esse sequendam, licere secundum probabilem opinionem operari. &c. *Lex* autem de facto multas Opiniones probabiles duntaxat, adeo ad falsitatem obnoxias tradere solet, hoc tamen illi non preesse, sed per accidens duntaxat ob imperfectum Modum, quo plerasque Scientias in hac vita possidemus, & Res ipsas cognoscimus, convenit, atque adeo ipsi Theologiae secundum se, & suam Perfectionem connaturalem consideratæ obesse non debet, quò minus veræ Scientiæ prædicatum obtineat.

IV. Tertium Attributum est, quod sit *simpliciter Præctica*: per hoc enim à Theologia Scholastica potissimum distinguitur, quòd illi Speculativas quæstiones discutendas relinquat, ipsa verò practicas doctrinas tradendas assumat, unde licet interdum etiam Definitiones certorum objectorum tradat, has tamen potius ab ipsa Theologia accuratè examinatas mutuatur, quàm ut ipsa ex Instituto easdem conficiat.

V. Quartum Attributum est, quod sit *simpliciter necessaria* ad Ecclesiæ administrationem & conservationem, cum enim Administratio hæc Pastoribus præcipue committatur, hi autem sine morali Theologia munere suo convenienter fungi non queant, meritò concluditur, Ecclesiam absque auxilio hujus Theologiæ legitimè administrari non posse, hinc de facto multis quidem, qui Theologiam Scholasticam

non raderunt, nulli autem, qui Theologiæ morali non
curam, Cura Animarum committitur.

VI. Quintum Attributum est, quòd sit utilior non aliis
profanis scientiis, sed ipsa etiam Theologiâ Scho-
lasticâ scilicet modò, quò plerumque dicimus, Medicum.
in Medicinis practicè adhibendis excellit, utiliorem esse
qui solâ Speculatione magnam Scientiæ famam est asse-
rit. Certè experienciâ quotidiana constat, illos Anima-
rum Curatores, qui Theologiæ moralis sufficientem Noti-
tiam cum insigni zelo conjunctam habent, plus in Salute
animarum procuranda proficere, quàm eos, qui Speculatio-
nis solum Scholasticis assueti, in doctrinis Theologiæ
moralis memoriâ imprimendis minùs studiosè sese exercue-

CAPUT III.

DE MODO STUDENDI, ET PROFI-
CIENDI IN THEOLOGIA
MORALI.

Quod de Jurisprudentiæ Studio dici plerumque solet,
videlicet tres præcipuè Dotes ad illud requiri, ma-
turam *seculitatem* quâ Leges in Corpore Juris contentæ assi-
dè Læctione evolvantur: felicem *Memoriam*, quâ eadem
Leges sapius perlectæ retineantur; & Maturam *Pruden-*
tiam, quâ disjudicetur, quomodo Leges ejusmodi in hoc vel
illuc casu applicari & practicari debeant; id ipsum æquali aut
magis Jure de Theologiæ moralis studio dici potest; cum
enim ex unâ parte Theogiæ moralis primarium officium
sit decidere, quænam ex pluribus sententiis circa hanc
illam sententiam, excogitatis absolutè sit verior, sed po-
tius judicare, an ea probabilis sit, atque ad eò secundum illam
sententiam licet; ex altera verò parte, ut constat, ingens sen-
tentiarum à Theologis Moralibus tradi solitarum sit Farrago
quæ apparet, non modò magnam in iis percurrendis Se-
culitatem, felicemque in iisdem Memoriæ imprimendis
Memoriam, sed maturam insuper Prudentiam, quâ omnes
Circumstantiæ accuratè ponderentur, & an hæc vel illa Do-
ctrina